

Notas

Literatura latina

Para uso de los alumnos y a pedido del profesor de la materia, doctor Juan Chiabra, publicamos el *Prologus* y la *Satira secunda*, de Persio.

PROLOGUS

- Nec fonte labra prolii caballino,
Neque in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic poeta prodirem.
Heliconidasque, pallidamque Pirenen
5 Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces: Ipse semipaganus,
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.
Quis expedivit psittaco suum Kaire,
Corvos quis olim concavum salutare;
Picasque docuit verba nostra conari?
Magister artis, ingenique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos poetas et poetrias picas
15 Cantare credas Pagaseium melos...

SATIRA SECUNDA

De bona mente

- Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos:
Funde merum Genio. Non tu prece poscis emaci,
Quæ nisi seductis nequeas committere divis.
5 At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Haud cuivis promptum est marmurque humilesque su-
[surros
Tollere de templis, et aperto vivere voto.

- “Mes bona, fama, fides”, hæc clare et ut audiat hospes:
Illa sibi introrsum et sub lingua immurmurat: “O si
10 Ebullit patrui præclarum funus!...” Et, “O si
Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro
Hereule!... Pupilluave utinam, quem proximus heeres
Impello, expungam! namque est scabiosus, et acri
Bile tumet!... Nerio jam tertia conditur uxor!”
15 Hæc sanete ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis terque, et noctem flumine purgas.
Heus age, responde: minimum est quod scire laboro.
De Jove quid sentis? estne ut præponere cures
Hunc...? Cuinam? Cuinam! vis Staio? an scilicet heeres.
20 Quis potior iudex, puerisve quis aptior orbis?
—Hoc igitur quo tu Jovis aurem impellere tentas,
Dic agedum Staio: *Proh Jupiter! o bone*, clamet,
Jupiter! at sese non calmet Jupiter ipse?
Ignovisse putas, quia, quum tonat, ocius illex
25 Sulfure discutitur sacro, quam tuque domusque?
An, quia non fibris ovium, Ergennaque jubente,
Triste jaces lucis, evitandumque bidental,
Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Jupiter? aut quidnam est, qua tu mercede deorum
30 Emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis?
Ecce avia aut metuens Divum matertera, cunis
Exemit puerum, frontemque atque uda labella
Infami digito et lustralibus ante salivis
Expiat, urentes oculos inhibere perita.
35 Tunc manibus quatit, et spem macram supplicæ voto
Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedes.
Hunc optent generum rex et regina! puellæ
Hunc rapiant! quidquid calcaverit hic, rosa fiat!
Ast ego nutrici non mando vota: negato
40 Jupiter hæc illi, quamvis te albata rogarit.
Poscis opem nervis, corpusque fidele senectæ.
Esto, age: sed grandes patinæ, tucetaque crassa
Annuerè his Superos vetuere, Jovemque morantur.
Rem struere exoptas, cæso bove, Mercuriumque
45 Arcessis fibra: “Da fortunare penates,
Da pecus et gregibus fœtum!” Quo, pessime, pacto,

- Tot tibi quum in flammis junicum omenta liquescant?
Et tamen hic extis et opimo vincere farto
Intendit: jam crescit ager, jam crescit ovile,
50 Jam dabitur, jam, jam... donec deceptus et expes
Nequidquam fundo suspiret nummus in imo.
Si tibi crateras argenti, incusaque pingui
Auro dona feram, sudes: et pectore lævo
Excutias guttas: lætari prætrepidum cor.
55 Hinc illud subiit, auro sacras quod ovato
Perducis facies. Nam, fratres inter ahenos,
Somnia pituita qui purgatissima mittunt,
Præcipui sunt, sitque illis aurea barba.
Aurum vasa Numæ, Saturniaque impulit æra,
60 Vestalesque urnas et Tuscum fictile mutat.
O curvæ in terras animæ et cœlestium inanes!
Quid juvat hos templis nostros immittere mores,
Et bona Dīs ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrupto casiam dissolvit olivo,
65 Et Calabrum coxit vitiatō murice vellus;
Hæc baccam conchæ rasisse, et stringere venas
Ferventis massæ crudo de pulvere, jussit.
Peccat et hæc, peccat; vitio tamen utitur. At vos
Dicite, pontifice: in sanctis quid facit aurum?
70 Nempe hoc, quod Veneri donatæ a virgine puppæ.
Quin damus id Superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago?
Compositura jus fasque animo, sanctosque recessus.
Mentis, et incoetum generose pectus honesto:
75 Hæc cedo tu admoveam templis, et farre litabo.

EGIZIO CARLONI—

Un deber opuesto al que lo traía a la Facultad a compartir con nosotros la tarea del estudio, lo aparte de nuestro lado, de nuestro país.

Ha partido para la guerra; parece una ironía... un filósofo de alta escuela arrastrado por las pasiones belicosas a ser actor en ese drama de sangre que devasta la Europa. Bastara su talento, que tantas muestras nos diera en su paso por